



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Zamoren. Episcopo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

Epistolarum Innocentij III.

in electione processerit, voluit in continenti probare; decretum producens in medium quorundam etiam ex eis qui videbantur parti alteri consentire, manibus roboratum, & quorundam Abbatum proferens literas, quæ quo Decan. Cantor, Subdecan. & magister Vv. de Talebore in electione ipsa post publicationem ejus se consentire confessi fuerant, continebant. Adjectit etiam quod cum electores ipsi die innovatae compromissionis in te unanimiter convenissent, & electio ipsa fuisse per eundem Archiepiscopum approbata, Archiepiscopum ad Capitulum veniens, quod factum fuerat, tacito tamen nomine tuo, Canonicis intimavit: qui se id gratum habere unanimiter responderunt, & ut electio non publicaretur eadem die, ab Archiepiscopo postularunt, dantes ei osculum pacis quod ab electione ipsa nullatenus resilirent, immo eam omnes & singuli defensarent. Quia vero postmodum propter contradictionem Comitis infra civitatem Pictaven. te non audebant publicè nominare, in locum tutum & idoneum convenerunt, quod in civitate fecerant publicantes. Vnde cum in die innovatae compromissionis electores convenerint, & nisi per Decanum & partem suam stetisset, quod fecerant parati fuerant publicare, ac cum ex literis eorundem Abbatum constiterit quod Decan. Cantor, Subdecan. & magister Vv. de Talebore electioni se post publicationem etiam confessi fuerint consentire, exceptiones ad advefa parte propositas sibi afferuit nullum præjudicium generare. Præterea Subdecan. & magister Vv. in ipsa questionis examinatione ad fratrum concordiam sunt reversi. Verum Vv. de Helemosina dilecti filij O. Pictaven. Comitis procurator prefato I. monacho assistenti proposuit quod quia electio ipsa post appellacionem nec in statuto termino nec assignaro loco fuerat celebrata, & quoniam assensus Principis non fuerat postulatus in ipsa, & persona tua Principi erat ex certa ratione suspecta, erat penitus irritanda. Ad quod fuit ex altera parte responsum quod non per eam steterat quod minus certo loco & tempore electio publicata fuisse, quæ ante appellationem fuerat celebrata, & quod assensus Principis non erat de consuetudine Pictaven. Ecclesiæ aliquatenus postulandus; qui te

& fratres tuos, non ut hostes, sed ut devotos suos in Pictavia tolerarat. Nos igitur auditis quæ hinc inde proposita fuerant, electionem fuisse canonicam cognoscentes, & de persona idonea celebratam, eam de communi fratrum nostrorum consilio per sententiam confirmavimus, & te sequente die ministerio proprio in Episcopum curavimus consecrare. Ne igitur super his aliqua in posterum dubietas oriatur, sententiam ipsam auctoritate apost. confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. Datum Laterani viij. Idus Aprilis.

ZAMOREN. EPISCOPO.

Cum secundum Apostolum, qui alio servit, de altari vivere debet, & qui ad onus eligitur, repelli non debet à mercede; paret à simili ut clerici vivere debeant de patrimonio IESU CHRISTI, cuius obsequio deputantur, ut ipsa nominis ratio persuaderet. Cum enim à cleris, quod est fors, vel hereditas, Clerici appellantur, quia in sui ordinatione vel assumuntur in hereditatem Domini, vel assequuntur hereditatem in ipso, ut verè possint psalere cum Propheta, Dominus pars hereditatis meæ, dignum est ut Ecclesie stipendiis sustententur, in qua & per quam divinis obsequiis ascribuntur. Licet autem prædecessores nostri ordinationes eorum qui sine certo titulo promoventur, in injuriam ordinantium irritas esse voluerint & inanes, nos tamen benignius agere cupientes, tamdiu per ordinatores vel successores ipsorum provideri volumus ordinatis, donec per eos ecclesiastica beneficia consequantur; ne forte clamores Clericorum pauperum, quos in aures Domini Sabaoth creditus introire, indurata facie negligere videamur. Inde est quod cum dilectus filius * Bernardus lator præsentium, à G. bonæ memorie prædecessore tuo, sicut afferit, in officium fuerit subdiaconatus nullo præsentante promotus, nec ullum sit ecclesiasticum beneficium assecutus; fraternitati tuae per apostolica scripta mandamus, quatenus si eum *cum dilectis filiis I. Decano, N. magistro Scholarum, & Helia Canonicis Zamoren, quibus examinationem ipsius duximus committendam, idoneum esse repereris, & ecclesiastico beneficio non

Vide veteres
schedas mona-
sterij Corona
apud Basiliū
in His. Episc.
por. Pictav.
num. 67.

Epiſt. 76.
Ut fine titulo
Ordinato cleri-
co providea-
tur.
Cap. Cum se-
condum Apo-
stolum, de
præbendis &
dignitatibus.

* In tercia Cal-
lektione &
apud Grego-
rium IX. legi-
tur, dil. f. G.
Later.

* In tercia Cal-
lektione &
apud Grego-
rium hoc ha-
bentur: man-
damus quæ si
cum dil. f. qui-
bas ex. ip. de

committendā, te citato legi-
timē ut per te
idolum vel ido-
num respon-
sū incurrī, &
tum super ido-
num perso-
nā quām etiam
super quantita-
te ac qualitate
beneficij pro-
ponere tibi li-
cerā quoniam
rationabiliter
dūcesis propo-
nendum, ido-
num eide repre-
sentari, & ec-
cl. &c.

indignum, tamdiu ei vita necessaria
congruē subministres, donec per te in
Zamoren. Ecclesia vel in alia fuerit
competens beneficium ecclesiasticum af-
secutus; sciturus pro certo quōd si per
examinationem illorum fuerit repertus
idoneus, & tu ei juxta mandatum no-
strum neglexeris providere, cūm hoc
nobis per eorum literas innotuerit, ad
id exequendum te per districcionem ec-
clesiasticam compellemus, quia sicut no-
lumus iusta præcipere, sic cūm justa
præcipimus, volumus efficaciter exaudi-
ri. Datum Laterani III. Nonas Aprilis.

DECANO ASTORICENSI.

Epiſ. 77.
Ut sit decessio-
rum suorum ju-
re aequi privi-
legii conten-
tus, nec gra-
vet suum Ca-
pitulum.

Dilecti filij Capitulum Astoricen.
Dnobis intimare curarunt quōd
cūm tu olim ad apostolicam sedem acce-
dens, affereres dignitatem Decanatus de-
novo fuisse in Astoricen. Ecclesia insti-
tutam, & ideo in ambiguo remanebat
quid ad tuum officium pertineret, rescri-
ptum ab eadem sede super hoc reporta-
sti quōd in hac ambiguitate Astoricen.
Ecclesia consuetudinem suā Metropol.
sequeretur, ubi ex speciali consuetudine
Decanus multis se gaudet privilegiis dec-
oratum. Vnde quia eadem Astoricen.
Ecclesia dignitatem Decanatus à longis
retro temporibus noscitur habuisse, licet
qui eo fungebatur honore promovereretur
aliquando & destitueretur pro Episco-
pi & Capituli voluntate, nec Decanis sed
Prioris nomine vocaretur, secundum
consuetudinem ferè omnium Ecclesiarum
Hispaniæ, quæ tunc temporis ibi
vigebat; cūm etiam aliis Decanus ibi-
dem fuerit institutus, Decanus re ac no-
mine appellatus, literas illas per falsi sug-
gestionem & suppressionem veri afferunt
imperatas; nec te debere per illas ali-
quod commodum reportare, sed carere
potius taliter imperatis. Eapropter per
apostolica tibi scripta præcipiendo man-
damus, quatenus, si vera sunt quæ dicun-
tur, eo jure illaque potestate, quibus
antecessores tuos usos fuisse constiterit,
maneas omnino contentus; nec amplius
de cerero in præjudicium Episcopi vel
Capituli præsumas exigere; immo si
quid forte amplius recepisti, penitus id
in pace dimittas. Quōd si forte nostro
mandato acquiescere nolueris, noveris
nos ven. fratri nostro Episcopo & dilectis
filii Abbatii de Carrazedo & Decano Za-
moren, injunxisse ut te ad prædicta mo-

neant & inducant, & si opus fuerit, per
censuram ecclesiasticam, appellatione
remota, justitia mediante compellant.
Datum Laterani vj. Kalend. Aprilis.

Illiſ ſcriptum eſt ſuper hoc.

MAGDEBURGEN. ARCHIEPISC.

Ex parte Pragen. Ecclesia in au-
dientia noſtra fuit propositum
quōd cūm H. quondam Pragen. Epif.
copus fuſſet viam universæ carnis in-
gressus, D. Clericus in eorum Ecclesia
præter electionem Capituli per laicalem
potentiam ſe intruſit, licet nec mores
nec vita ei ad obtinendum tantum offi-
cium ſuffragentur. Volentes igitur ei-
dem Ecclesia paterna ſolitudine pro-
videre, fraternitat̄ tuā per apost. ſcripta
mandamus quatenus ad locum idoneum
evocatis qui propter hoc fuerint evocan-
di, ſi tibi conſtituerit de prædictis, me-
moratum Clericum ab eadem Ecclesia
omni contradictione & appellatione
poſtposita prorsus amoveas, & ab offi-
cio beneficioque ſuſpēnſum, ad noſtrā
non diſferas präſentiam deſtinare. Ca-
nonicis etiam Pragen. eligendi ſibi Pa-
ſtorem idoneum juxta formam canonici-
cam concedas auctoritate noſtra libe-
ram facultatem. Sciturus nōs dilecto fi-
lio nobili viro Duci Boēmia per apost.
ſcripta mandaffe ut tibi ſuper his virili-
& potenter aſſiſtāt, & prædictam Ec-
clesiam non patiatur ab eodem Clerico
teneri diutiū occupatam. Datum Late-
rani vj. Idus Aprilis.

*Canonici etiam ipſius Eccl. ſcriptum eſt ut
illo amoſto per Archiepifcopum, ad canoni-
cam electionem procedant.*

AVXITAN. ARCHIEPISCOPO.

Qvanto modernis temporibus, im-
mico humani generis ſuggerente,
malitia hominum ſolito plus excrevit,
tanto ſollicitiori diligentia noſ tradi-
oportet ut ea quæ in Ecclesia Dei mi-
nus ordinatè & contra normam ecclesi-
ſticas attenantur, deliberatione provi-
da corriganſur. Ad audientiam ſiquidem
apostolatus noſtri peruenit quōd Cleri-
ci tuā provinciā nimia aviditatis fer-
vore ſuccensi, in Ecclesiis, quas propter
insufficientiam ſuam, cūm ſint minūs
idonei, per Prælatos obtinere non po-
ſunt, per ſeculareſ potestates quaſi vio-

Epiſ. 78.
Vt à laicis in-
trum amo-
veat, aliūm;
Pragenſem E-
pi copam cano-
nicę eligi cu-
ret.